Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift

redactum fuisset. Tunc iussit diocle-
tianus augustus ut ibi intra domum
suam iuxta domum gaii episcopi gladio pu-
niretur. Que percussa intra domum
suam reddidit spiritum. Hoc cum audis-
set serena augusta cum gaudio noc-
tu veniens collegit corpus sancte susan-
ne martiris. et sanguinem quem effuderat
in eodem loco cum suo velamine detersit.
et posuit in capsa argentea in palacio
suo. ubi die noctuque furtiuis vicibus
orare non cessabat. Corpus autem sancte susane
ipsa manibus suis ornauit cum lin-
teaminibus et cum aromatibus et posu-
it iuxta corpora sanctorum in cimiterio a-
lexandri. in arenario in cripta iuxta
sanctum alexandrum. iuxta ciuitatem fegli-
nas iii Idus augusti. Natale tybur-
cii in cimiterio inter duos lauros via
vacat lauicana et trisanti et darie ac susan-
ne via salaria. Ab eadem die cepit
beatus gaius episcopus in eandem domum in-
troire ubi gladio fuerat percussa. et
sacrificium domino deo suo offerre. pro con-
memoratione beate susanne populo?
quia domus ad domum beati gauinii pre-
sbiteri iungebatur beati gaii episcopi. Ab
eodem tempore iam tale signum erat ex a-
mis statio deputata inter duas domos quod
est usque in hodiernum diem. Factum
est autem hoc rome in regione sexta
iuxta vicum mamuri ante forum salustii.
regnante in vniuerso mundo cum patre et spiritu sancto domino
nostro ihesu christo in secula seculorum Amen. Pas-
G ii Idus Aug. Sub sio Eupli martiris
diocletiano et maximi-
ano consulibus in cati-
nensium ciuitate. cum esset
extra velum sanctuarii
beatus euplus proclamauit dicens. Christi-
anus sum. et pro christi nomine mori desidero.
Audiens hec caluisianus consularis dixit.
Ingrediatur qui clamauit. Et cum ingressus
fuisset beatus euplus secretarium iudi-
cis euangelia portans. tunc vnus exami-
cis caluisiani nomine maximianus dixit.
Non debet tales causas cum tenere contra
regulam preceptionis regalis. Caluisi-
anus consularis dixit ad beatum euplum.
Hec unde sunt. ex domo tua exierunt?
Beatus euplus respondit. Non habeo domum hic.
dominus meus ihesus christus nouit. Caluisi-
anus consularis dixit. Tu ea hic de-
portasti? Beatus euplus respondit. Per me ea
huc deportaui. sicuti et ipse vides. Cal-
uisianus consularis dixit. Ecce sicuti
nunc ea portasti in conspectu meo. me pre-
sente lege? et dic michi ut et ego sciam. Et
cum aperuisset euangelia beatus euplus. legit
secundum matheum dicens. Dominus ihesus dixit.
Beati qui persecutionem patiuntur propter iusti-
ciam. quoniam ipsorum est regnum celorum. Item
aperuit secundum marcum dicens. Omnibus
qui credunt in. ipsis datum est donum dei.
Item secundum lucam. Si quis vult post
me venire. abneget semetipsum et tol-
lat crucem suam. et sequatur me. Item secundum
iohannem. Omnis qui venit ad me non esuriet.
et qui credit in me non siciet in eternum.
Et cum clausisset euangelia. caluisianus con-
sularis dixit. Hoc quid vult esse? Beatus
euplus respondit. Lex dei mei. que tradita est michi
Caluisianus dixit. A quo? Beatus euplus
respondit. Ab ihesu christo filio dei viui. Caluisianus
dixit. Quoniam innotuit eius confessio
publice tradatur examinationi. Cum
in medio beatus euplus traditus esset.
caluisianus consularis dixit ad beatum euplum.
Que per tuam confessionem hodie dixisti. quid
dicis de eis? Tunc beatus euplus signulum